



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 7. Borromæi Cardinalis epistolæ ad primum Papæ Legatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

quenda operam suam utiliter im- Sæcul. XVI.
pendere. A. C. 1562.

§. VII.

Borromæi Cardinalis epistola ad primum Papæ Legatum.

Præter Papæ literas Borromæus quo- Pallav. v. 8.
que Cardinalis epistolam scripserat, num. 15.
in qua præcipue Mantuano Cardinali Act. Palæsti
hæc significabat. „Ingenti observantia, Et lit. Stro-
„ac benevolentia, qua tuas virtutes xii ad Cosm.
„admiror, ad te monendum adigor. Et Arch.
„forsitan enim impulsus fuisti obtentu Indr 18. Et
„specioso conscientia, ac Religionis a 21. Maij
„quibusdam, qui tuæ amplitudini, 1562. apud
„gloriæque invidentes, si gradum tuum Pallav.
„obtinuissent, eandem in agendo ratio-
„nem haud imitati fuissent, potius æmu-
„latione, quam vero Religionis studio
„ad te opprimendum adducti. Enim-
„vero non sine animi dolore consilium
„a Papa susceptum intellexi: equidem
„ego, & Gonzaga Cardinalis extrema
„quæque tentavimus, ut ab illo con-
„silio Pontificem dimoveremus, sed in-
„cassum; quamquam enim Pius IV. 308. v. 112
„singulari te benevolentia prosequatur,
„majori tamen inflammatur Sedis Apo-
„stolicæ studio, ac tam firmiter sibi per-
„suadet, quod ad illius indemnitate
„opus nunc sit huiusmodi consilium
„suscipi, ut ea ratio cuicumque alteri
in

Sæcul. XVI. „in ejus animo prævaleret., Insuper
A.C. 1562. alteram epistolam Borromæus suo nomine ad Mantuanum Cardinalem scripserat, perinde ac si per eam ipsius postulato responderetur, ut hanc ille, si vellet, pro honoris sui conservatione posset palam proferre.

§. VIII.

Legatorum responsum.

Pallav. n. 17. Ad hæc literas Legati omnium nomine responderunt significantes, quod Papæ suum animi propositum libere exequi posset, ac tunc, quamprimum novi Legati essent adventuri, illos benevole, & honorifice exciperent: ast Mantuanus Cardinalis speciatim ad Papam dedit literas, quarum tamen tenor ignoratur, eo quod hæc epistola ad nostras manus non pervenerit.

§. IX.

Decreti forma circa residentiam concepta.

Pallav. n. 18. Antequam Legati postremas hæc Pontificis literas acceperant, variarum Nationum octo Episcopis, quibus jam in conventu die vigesima Aprilis habito decreta componendi cura erat demandata, injungebant, ut etiam decretum de residentia clam conciperent, in quo simul ea juris divini esse definireretur,